Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Seraphici profundissimiq[ue] doctoris ordinis fratru[m] mino[rum] diui Bonaue[n]ture cardinalis [et] sancto[rum] cathalogo ascripti op[us] no[n] minus subtilissimu[m] q[uam] speculatiuu[m] sup[er] ...

Johannes Bonaventura <Kardinal, Heiliger>

[Nuremberga], 1515

Nicolaus tinctoris de huntzenhausen [...] Iohanni belzenhaub Moguntino. Salutem plurimam

urn:nbn:de:bsz:31-332932

Visual Library

Nicolaus tinctoris de guntzenhauſen doctoꝛ theologie

p̄dicatoꝛ imperialis eccleſie Bambergenſis. Docto magiſtro Johāni beltzenhaub Moguntino. Salutem plurimam. Tantū verbis tuis feciſti ſuauiſſime Johannes. vt non referre ſolū viciſſitudinē gratiaꝗ ſcriptis valeā (vt par ī pꝛimis eſſet) ſꝫ etiā admoduꝫ reformidem. ne plus equo mihi tribuiſſe videar. Quo factū eſt. vt ⁊ in gratijs agēdis tardioꝛ efficerer. ⁊ tibi plura ꝙ in me ſunt ſcribenti. prorſꝰ non aſſentiar. Cum ⁊ me ⁊ mea longe minora cognoſcā. Noui equidem ꝙ ſit michi curta ſupellex. noui ꝙ ſit amoꝛ iniquus arbiter. ex quo noui tādem viroꝝ optime atꝗ doctiſſime quātū a te diligar ⁊ amer. Qui labores ſtudia. lucubrationes tuas. immo ⁊ limā ingenioſe tue correctiōis acutiſſimā ⁊ politiſſimā paruifacis. vt nominis mei decꝰ (qd cēſeo ꝙ exiguū) cū nro Lōbardo ⁊ Bonauētura. ad extremas efferres orbis natiōes. Pro ꝙ tibi nō ſolū ego ſed ⁊ tota theologorum caterua cum lombardo gratias habeat. Js eniꝫ iamdudū nudus ab vtero matris pariſieñ. vniuerſitatꝭ exiens exanguis. nebulis multis ſtipatus. in tenebris ignorātie latuit. Quē tu illo tam apto tempore. decoro lumie bonauēture decoraſti ac veſtiſti. Et quaſi e latericio marmoreū (vt ceſar dicere ſolitus eſt) effeciſti. Nec tibi o bonauētura minoris honoꝛ eſt ꝙ officioſo cōiugio tibi ſociauit Petrum lombardū Johānes beltzenhaub. ꝙ ꝙ nuper (Sixto quarto pōtifice maxio p̄ſidēte) cathalogo ſanctorum es aſcriptus. vt ſimul per ora. per pulpita. p bibliothecas. p librarias. p aulas oim doctoꝝ orbis. tam venuſte progrediamini ⁊ ſine verecūdia. Laudet eſculapius hypocratē ehoū medicine ſiue recuperatorē. piſiſtratū homerꝰ. tuccā ⁊ varronē virgilius honeſtet. Neemiā moyſes. q totā legem temporū malicia dirutam in vnuꝫ opus collegit. Juſtinianū romani. qui mādauit tribuniano theophilo ⁊ dorotheo q̄ſtoribꝰ ſacri pallacij vt romanarum legum que pandecte dicebantur ſupflua reſcinderent adunarent diſſuta. crudaꝗ digeſta efficerent. Te laudent mi Joh. Petrus lombardus qui tā pulchra a te circūdatus veſte in oēs pgrediens nationes. nullius formidabit aſpectum. Cōtineat ſe in rupe ſua pmenides cū dyalectica. thiſias cū rethorica. Phrimꝰ cū muſica. Athlas cū ſyderū curſu. Lombardꝰ cū Bonauentura coronatus. a nro Joh. beltzenhaub. nitide terſꝰ ⁊ polite limatus in publicū pgreditur. Jta vt nullius formidet aſpectum: ſed omnem laudē ſupgrediatur. Subuereoꝛ tamen mi Joh. ne quiſꝗ forte inuidie ſtimulis agitatꝰ ſit tā iniquus veritatꝭ hoſtis vt me adulandi cauſa aut oſtentādi ingenij tanta de bonauenture laudibus dixiſſe moliatur. Nō oſtento eloquētiā quā nunꝗ pfeſſus ſum. vtinam in me eſſet. Ex animi ſentētia loquoꝛ. vtinam in me tātum ingenij eſſet vt minimā eius laudem attigerē. Non eſt ille ſanctꝰ ſterili meo ingenio laudandus. diues ingeniū ⁊ exquiſitam poſtulat mineruam. Percurre natiōes. pcurre latos pariter pplos. reuolue etates. celum vel ipm ſuſpice. vix plures in vno dotes reperies. Parum eſt eū natū ī balneo regio parentibus honeſtiſſimis patre Joh. fidanza. matre vero ritella que eū a cunabulis nō ſine grādi miraculo ordini beatiſſimi patris Franciſci deuotum a moꝛtis faucibꝰ liberauit. Queris in viro coꝛpoꝛis pulchritudinē. pulcherrimus fuit Bonauētura. ita vt alexander doctoꝛ irrefragabilis quo pceptore fruebat inſpecta coꝛpoꝛis pulchritudine ⁊ moꝛum elegantia dicere ſolitꝰ ſit. Adam non videt peccaſſe in Bonauentura. Diligis animi diuitias ditiſſimus Bonauētura. Et hoc non taceboꝗ bonauēturā nrm ſanctus Tho. acquinēſis deuotiōis gr̄a viſitans inuenit eum ſcribentem legēdam ſancti Franciſci. ⁊ raptū extra ſe dixit. Sinamus ſanctū laboꝛare pro ſancto. Laudas beniuolentiam ⁊ hic beniuolentiſſimus dixit Petrus cardinalis epo hoſtieñ. in eius oꝛatione funebꝛi ꝙ ꝗcūꝗ Bonauēturā videbat ipſius amoꝛe capiebatur eiuſꝗ pijſſima mādata obedienter ſuſciperet. Amas doctrinā. Pace oim loquoꝛ qui petrum explanarunt. nemo deuotiꝰ. nemo ſubtilius. nemo vtiliꝰ. nemo mediocriꝰ. in oim queſtionū pꝛocella nauauerit. Teſtis ſit mihi ille ipſe doctiſſimꝰ bonauētura. q cum publica legendaꝝ ſentētiarū puincia fungerer. in oim queſtionū ſcrupulo tanꝗ ad trāquillum poꝛtum ad ipm cōfugerim. Foꝛtuna gaudes. vir foꝛtunatioꝛ vllus. Teſtis ſit mihi dignitas generalatus oꝛdinis quē xviij annis laudabiliter rexit. Epatus eboꝛaceñ. quē a Clemēte papa libere oblatū liberius ſpꝛeuit. Dignitas cardinalatus qua taliter ſe geſſit vt tante fidei apud eoſdem cardinales eſſet ꝙ Clemēte papa defuncto oim vota in eū cōpꝛomitterēt. ſi ſe vel alium ad papatum nominaret ꝙ ipm eligerent. Jpſe vero nō ſe ſꝫ virum ſanctiſſimum Gregoꝛiū decimū noīauit. O vbi nunc ſūt tales viri? Quid de innumerabilibus virtutibus eius ⁊ ſcriptis recenſeam. Loquūtur miracula. appꝛobat euꝫ eccleſia ſancta catholica. non ad ſcripta eius quaſi queſtiones vnꝗ acceſſi. ſed reuera tanꝗ ad oꝛationes ⁊ cōtemplationes. Nec miret aliquis tantā in eo gloꝛiā qui viuit iam in eterna gloꝛia. huius ergo coniugio Petrum lombardum ſociatum. iam diligētiſſime politū et emendatū a nro Johanne beltzenhaub. vna cū elaboꝛatiſſimo repertoꝛio ſiue indice. o viri doctiſſimi legite diligite amate. Tu vero ſuauiſſime mogūtine vale. Ex bamberga. Anno a xpi natiuitate. 1491. menſis martij die ſecundo.

Sic bonauentura lombardum luce choꝛuſca
Jlluſtrat ſicut ſolis oꝛigo ſolum
Moguntine facis ſic diua coire fluenta.
Ut celeri Rheno mogunus ipſe coit
Ut vicium ferri. lima purgatur acuta
Sic calamo purgas tu vicioſa libꝛis
Cum bonauentura. cum petro turba theoſis
Grata tibi. pro te det pia vota deo.